



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

Parisiis, 1644

Leonis papæ X. vulgo XI. vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15522

V I T A
 L E O N I S P A P Æ X.
 V V L G O X I.

ANNO
 CHRISTI
 1605.

LEO huius nominis decimus, Alexander Medices ante
 Lvocatus, patria Florentinus, Cosmi magni ducis Etru-
 riæ consobrinus, ex cardinale sanctorum Ioannis & Pauli
 (quem titulum virtutibus eius debitum Gregorius XIII.
 ei contulerat) Clementi VIII. in pontificatu subrogatus
 est quarto Nonas Aprilis, anno Christi millesimo sexcen-
 tesimo quinto, imperante Rudolpho II. Ante pontifica-
 tum, archiepiscopatu etiam Florentino fungens, a Cle-
 mente VIII. ad Henricum IV. Galliarum regem anathema-
 te iam ab eodem pontifice expiatum, legatus de latere
 missus est: ubi per annos duos moratus, legatione bene
 gesta, & pace tandem inter potentissimos Galliarum & Hi-
 spaniarum reges constabilita, Ferrariam, ubi Clemens agebat,
 profectus, magno pontificis & cardinalium presentium
 applausu exceptus est. Quando vero ad gubernacula ec-
 clesiarum admotus est, tantam statim omnium ordinum spem
 de se concitavit, quantam insperata & nimis accelerata
 mors consternationem omnibus attulit. Nam cum ad san-
 ctum Ioannem Lateranensem possessionis capiendæ cau-
 sa, de more, celeberrimo comitatu se contulisset, a maxi-
 mis sudoribus subito refrigeratus in morbum gravissimum
 incidit, ex quo vigesimo septimo Aprilis eiusdem anni,
 postquam viginti quinque dies ecclesiarum præfuisset, in hu-
 manis esse desiit.

V I T A
 P A V L I P A P Æ V.

PAVLVS V. Camilli Burghesii nomine ante dictus, pa-
 tria Romanus, Antonio Burghesio Senensē, aduoca-
 torum consistorialium decano, & Flaminia Astallia rari
 & incomparabilis exempli femina prognatus, post refe-
 rendarii vtriusque signaturæ & auditoris Camera mune-